Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et fugit. et ceciderunt multi et
multi et comprehendit ciuitates mu
nitas in terra egypti. et accepit
spolia terre egypti. Et conuertit
antiochus postquam percussit e
gyptum in centesimo et xl. et tio
anno. et ascendit ad israel. et ascend
it hierosolimam in multitudine g
ra. et intrauit in sanctificacionem
cum superbia. et accepit altare au
reum. et candelabrum luminis et
uniuersa uasa eius. et mensam
propositionis. et libatoria. et phi
alas. et mortariola aurea. et uelum
et coronas. et ornamentum aureum
quod in facie templi erat. et comm
inuit omnia. Et accepit aurum
et argentum. et uasa concupisci
bilia. et accepit thesauros occultos
quos inuenit. et sublatis omnib
abiit in terram suam. et fecit cede
hominum. et locutus est in sup
bia magna. Et factus est planc
tus magnus in israel. et in omni lo
co eorum. Et ingemuerunt pri
nipes. et seniores. Juuenes et uir
gines. infirmati sunt. et speciosi
tas mulierum immutata est. Omis
maritus sumpsit lamentum. et
que sedebant in thoro maritali
lugebant. Et commota est ira
super inhabitantes in ea. et uniuersa
domus iacob. induit confusionem
Et post duos annos dierum mi
sit rex principem tributorum in
ciuitates iuda. Et uenit in hierlim
cum turba magna. et locutus est
ad eos uerba pacifica in dolo. et
crediderunt ei. Et irruit super
ciuitatem repente. et percussit
eam plaga magna. Et perdidit
plurimum multum in israel. Et accep
spolia ciuitatis. et incendit eam
igni. et destruxit domos eius. et mu
ros eius circumdedit et captiuas
duxerunt mulieres et natos. et
pecora possederunt. Et edifi
cauerunt ciuitatem dauid mu
ro magno et firmo et turribus
firmis et facta est illis in arce
Et posuerunt illic gente pecca
tricem et uiros impios et con
fortauerunt ea. Et posuerunt ar
ma et escas. et congregauerunt
spolia hierlim et reposuerunt illic
et facti sunt in laqueum magnum
Et factum est hoc ad insidias sa
nctificationi et in dolum malum in
israel. Et effuderunt sanguinem
innocentem per circuitum sanct
ificationis. et contaminauerunt sanc
tificationem. Et fugerunt inhabi
tores hierlim propter eos. et facta
est inhabitatio extranea. et facta est extra
alienum semine suo. et nati eius reli
querunt eam. Sanctificatio eius
desolata est sicut solitudo. Dies
festi eius conuersi sunt in luctum
sabbata eius in opprobrium. ho
nores eius in nichilum. secundum
gloriam eius multiplicata est ignomi
nia eius. et sublimitas eius con
uersa est in luctum.

Et scripsit rex antiochus omni regno
suo ut esset omnis populus unus

II